

*Iter è Metropoli Cantone Pequinum.*

**I**Ter è Cantonienſi metropoli; quæ biduo abeſt ab Amacaenſi portu Pequinum uſque, per ſtadia Sinenſia dimetiar, quorum quinque miliarium; quindecim leucam faciunt. fluminibus igitur itinere inſtituto, quod iter fere noſtri faciunt è Cantonienſi Metropoli Nanhium 1170. Inde Nancianum 1120. hinc Nanquinum 1440. Deinde Pequinum 3335. quæ in univerſum collecta ſummam colligunt. 7065. Quibus ſi addas Pequino ad immanes illos muros Regni Sinenſis Tartariæque diſcrimen centum ut jam dixi Italica miliaria, ſive quod idem eſt Sinenſia ſtadia quingenta, & biduum quod Amacao in Cantonienſem metropolim navigatur, Italica videlicet miliaria ſexaginta, ſive quod idem eſt Sinenſia ſtadia tre-